

præ amore custodiebat quasi oculorum pupillam, projicit & sternit quasi fractam lagenam. Nostrates: *Los arroja en el suelo, como un pedazo de barro.* Si sunt miseri, videantur, ut fanentur: equidem species arrogantia, esse miserum, nec esse videri. Sanari volentibus facile: introite portas medici in criminum confessione; ne in peiora ruatis, si in doloribus requiescitis. Qui salvari vult, accedat: aliàs ut canit Martialis, lib. 13. Epigram. 95. *Sævus oryx constat.*

Martial.

DIDASCALIA V.

Sapè animæ ruina ex fugiendæ occasionis fiducia vana.

FRagilitas humana vel in tuto patet lubrica. Quenam erit firmitatis cogitatio, si lubrica in præcipitio? *Occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile:* inquit Hippocrates 1. *Aphorism.* 1. Furenter utique homo procedit, ubi audacter in peccati occasione se ingerit: equidem non est audacia sed amentia, sollicitate discrimen; dum ruit fragilis, etiam fugiendo occasionem. Confidentia de se semper languens, nunquam utilis: crenim occasio & occasio præceps, qua difficile iudicium, & ex qua experimentum omninò periculosum.

Hippocrat. Occasio præceps.

Ovid.

Ubi pericula, non audacia, sed amentia.

Senec.

Et qui spectavit vulnera, vulnus habet. Saucius ingemit, telumque volatile sensit, Et pars spectati vulneris ipse fuit. Canit, vel gemit Ovidius 1. de *Arte*, à vers. 168. *Spectavit congruè dicit, ut discrimen ex levi, lubrica, præcipite occasione declarat. Quid non fatigabit pectus, si nocet ita levis oculorum iactus? Heheu! Si spectanti discrimen ex occasione, quid expectantur? Sanè peribit, qui pericula querit. In contrarium pugnemus, & ab involtantibus recedamus (ait Seneca Epist. 123.) non vides, quam diversus sit ascendentium habitus & descendentium? Qui per pronum eunt, resupinant corpora: qui in arduum, incurvant. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare; si ascendas, retrò abducere; cum vitio consentire est. In voluptates descenditur: in res asperas & duras subeundum est: hic impellamus corpora, illic refrenemus. Optimum exemplum, ne adiuvenus vitia, dum descendimus ad illa per prona. Descensus est lapsus,*

quo sensim & adamusim retrahendum studio corpus; quoniam si ponderi corporis occasio superaddit impulsum, iam tunc non erit lapsus, sed præcipitium.

2. *Non tentabis Dominum, sicut tentasti,* & iterum in pernicem, Moyses monet populum capitonem, sternacem. Quia impunis semel & iterum evasit, in occasionem criminum denudè se projicit; quippe cum Dei potentia nulla discrimina: & nè iterum Deum tentet, populum improspectum commonefacit; quoniam vana fiducia, & in Dei tentationem maxima audacia, sese inducere in criminis occasionem, quia post Deum removere discrimen, vel conferre libertatem. *Qui non præcavet periculum, quod præcavere potest, potius tentat Deum, quam sperat in eo;* ait Augustinus de *Civitate* lib. 16. cap. 19. In infernum fingitur descendisse Pirithoum & Theseum ob Proserpinæ raptum: unde ab Hercule ad inferos descendente, Theseus vindictus è carcere: ut succinit Horat. 3. *Carm.* Od. 4. v. 79.

Deut. 6. 16.

Augustinus

Horat.

Quam perditorum pro na in scelera naturat

Dan. 6. 17.

Haud malè sibi cogitè, modò faciunt.

Amatorem trecenta Pirithoum cohibent catena.

Unus assumitur, & alter relinquitur? Sanè in crimine socij; verum cum discrimine causæ. In inferno, cuius raptum libido concupiverat, Proserpina cum Plutone, fratre Iovis, habitabat: ibique è terræ superficie descendunt, unde surgere nolunt; ut constat, in qua non præceps libido, si datur peccandi occasio: igitur ita placet peccatum propter peccatum, ut libenter descendant vivi in infernum.

3. Modò intelligitur intentum Darij Medii obsignandi lapidem oris lacj, in quem misit Danielem Satraparum fraudibus, ut voraretur à leonibus. *Quem obsignavit Rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, nequid fieret contra Danielem.* Quid faciendum, si idem esset devorari, ac ostium lacj aperiri? Quæcunque fierent, non in Danielem, sed contra se facerent. Sanè, sed nihilominus Rex & optimates ostium sigillant, nè contra Danielem ostium amuli aperiant: equidem ita maligni, ita in sanguinolentiam proni; ut modò proximis inferant damnum, devorandi ingredientur in lacum leonum. Infernus non patet modò in viam, sed Theseus & Pirithous arctam invenerunt semitam: hac cogitatio turpedinis, & studium peccatoris: equidem præ peccato socij, perfidera pace, ingressi sunt in infernum, simulatque invenerunt patulum ostium. Theseum Hercules vel avallum in lucem pertrahit,

lit, verum Pirithoum nequivit, vel noluit: quinimò nec amicus, quia non valuit. *Nec Letheæ valet Theseus abstrahere caro Vincula Pirithoo.*

Horat.

Cur igitur, si uterque eodem crimine tenebris deditur, non uterque liberatur? *Theseum Hercules* (inquit Natal. Comes 7. *Mytholog.* cap. 1.) *in saxo sedentem, & Pirithoum invenit: sed quia spontè & consultò Pirithous eò accesserat, illum ibidem reliquit: Theseum, quia necessitate coactus fuerat, liberavit.* Non vacua doctrinà fictio, ut peccati fugiatur occasio. Facilis in Avernum descensus: minime impellendum alio pondere pondus; igitur ambitur ruina levi & incurioso lapsu, modò juvetur impulsu. Peccatis in infernum descendunt homines, vel malitià peccatoris, vel fragilitate carnis: unusque aliquando liberatur ab inferno peccati, & aliàs relinquitur in doloribus inferni; quia ille coactus voluptate descendit in crimen, hic anxie quæsit transgressionis occasione: quare cum iuxta occasionem quæsitam vel obviam, delinquentes ferant peccati catenam; eruitur, qui pressus occasione descendit miser in peccati lacum; & manet, qui spontè ingreditur in infernum.

Nat. Com.

Perit, qui perire amabit.

Psal. 70. 20.

Rom. 5. 3.

Tribulatio malæ occasione quæsitæ.

bonæ, sed malæ; ubi pro lubito voluntatis ambiuntur tribulationes: igitur si peccatis duentur homines in infernum, magnum elucet discrimen tribulationum inter peccata fragilitati corporis obvia, atque peccata appetita: quippequam illis improbi spontè ingrediuntur in infernum. Hispanicè vivide: *Por los pecados à unos los llevan allà: otros se van por su pie.* *Consilij expers, bis mole ruit sua.*

Horati

Inquit Horatius, quo supr. vers. 65. In descensum iturus, addit molè voluptatis voluntatis pondus, quod cogitabatur fruitio, obviat uti tribulatio: ex qua difficile eripitur, qui cogitatio labitur; quoniam sic sedet & iacet, qui quisque meditante corruit. Ruinà utique esset tribulatio, quippe semper angit lapsus; sed restat ad creationem recursus: verum ex pravitatis molimine non tantum tribulatio, sed & tribulatio mala; quippe difficile erui ab occasione quæsitæ.

5. Iam malitià hominis depromptat exponatur Dei clementia. Per peccata malas tribulationes David invenit, quæ in infernum vivorum, & abyssos terræ sese detruisit: at clementia Dei reductus & simul per gratiam vivificatus. *Conversus vivificasti, & de abyssi terra reductisti. Conversus, pro iterum, uti in periodo sequenti, & in Script. usquequaque: ut Plalm. 77. 41, & 84. 7. Conversi sunt & tentaverunt. Deus tu conversus vivificabis.* De quo *Didasc.* 6. num. 13. Usque illuc lapsus, sed conversus. Sese demerit profundè usque in abyssum inferni, non solum potitè occasione criminis, sed intentà prorsum malignitate cordis. Ibi quippe lapsum appetij, remanere stuidit, & gratias corditùs agit; quoniam etsi mala tribulatio, Deus clemens non dereliquit animam in inferno: imò per ingentiam altimabilem clementiam vivificavit per gratiam. Surgit ex inferno qui ductus, quoniam lapsus: non qui molitur lapsum, quasi voluntatis votum. Hinc Davidis mala tribulatio, verum pietatis divinæ coruscavit magnitudo: equidem viscerum clementia magna, quòd reduceret ductum in infernum ex occasione quæsitæ. Ut clarior sit respiciens penitentia ostendit Deus in malis tribulationibus magnæ misericordiæ specimina: igitur si pium, extrahere per gratiam liberatricem tractum & redactum in infernum per criminis occasionem; erit profectum in clementia magnus, ubi non solum ductus reductitur, sed ingressus. Satis nobis, si tentatio:

Conversus pro iterum.

Dei clementia magna, illam erue-re, qui noluit præcipitari.

Specimen di vine magnitudinis reductio peccatorii.

Claudian.

tiones advenientes avertimus, quin quarum. Appetendum est tribulationum premium, non periculum: equidem index cognita, imò præcognita perditionis, abdicere vulnera ex voluntarijs sagittis.

Sed caret eventus nimis furor: improba nunquam spes letata diu.

Accinit Claudian. de Bell. Getic. vers. 72.

Considera vacuum cerebrum, & furorem nimium. Non tam præmijs periculorum

Coro. Tac.

(ait Corn. Tacit. 2. Histor. cap. 86. de C. Fulco) quam ipsi periculis letus, pro certis

Temeritas Furiosa.

& olim partis, nova, ambigua & ancipitia malebat. Verum quid? Corruit, atque

temeritatis & nimij furoris penas debitas dedit. Hoc videtur in funambulis: comprobatur casus, quod forens lætanter noluit cognoscere sentus. Inter alia ludicra refert Plinius lib. 7. cap. 20. Vidimus Athanatum prodigiosa ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cotburnisque

Plin.

quingentorum pondò calciatum per scenam ingredi. Hic obicem in propositum quæsit & invenit, quo se movere non posset: siquidem dum tanto pondere excogitavit ostentare virtutem, & animi, corporisque strenuitatem; nimium profectò scenæ ostendit furorem. Si venit occasio, gratiæ Dei

validè tribulatus exhibit: sine pondere sese victo prævalebit: verum si desideratur, caderet; quoniam gravior, dirior in descensu lapsus, ubi sine mensura additur pondus & pondus studio temeritatis, ut cæspitet & labatur in filo levi sollicitatè occasionis.

Psal. 114. 3.

6 Tribulationem & dolorem invenit: querulus dicit David. Nomen Domini invocavit, anxie dicens præ dolore: O Domine libera animam meam, misericors Dominus & iustus. Mancipata servituti iacet anima, intra iniquitatis atque transgressionis vincula: si puniisti tradens in nexus ut iustus, libera animam à catenis ut misericors. Alibi gloriantur loquuntur de auxilio divinæ pietatis, etiam in tribulationibus

Pf. 45. 2.

qua invenerunt nos nimis. Perpende: unica duntaxat ibi exponitur tribulatio, hic autem multarum nimia tribulationum magnitudo: quare igitur in unica miserabiliter corruit, & tot tribulationibus pugna strenuè resistit? Cur in tantis Deus oppugnatorem fovens, & in una factus tanquam homo non audiens? Dicit textus: Primum unica occasio & non amplius, verum conata & inventa: qui quæsit, tribulationem invenit. Deinde copia irruit tribulationum, quæ fragilem invenerunt. Patet magni atque magnum discrimen inter à

Magni discrimen inveniri & invenire occasiōem.

tribulationibus inveniri, & invenire studio tribulationem. Ibi queritur, hic quærit: ibi invenitur, hic invenit. Ibi tentatio circumdat fragilitatem, hic fragilitas intendit in tentationem; in multisque valet, & semel furenter corruit; quoniam in obvijs periculis sæpe gratiæ Dei animæ triumphus, modò non quarantur lapsus; & miserè supplantatur, si in occasionem ingreditur. Deus respicit certamina, ac pugna intentum, in quibus palpebræ eius interrogant filios hominum. Iuvat afflicto, non spontè tribulatos: igitur si fragilitas concussa & fracta pietatem instat, ut pius misericors parcat; in reposita rigide in eius temeritate, qui invehit furens se inducit in tentationem.

7 Clariùs. Tribulationes sunt fornacis sublimatoria, queis purgatur vel purificatur anima. Dum occurrunt, dum inveniunt, pugnare usque ad victoriam & certaminis lauream, est virtutis magnanimitas: illas fragilitatem querere, se in periculum provocare, & invenire; est furiosa temeritas. Sat fomes carnis in animæ ruinam & virtutum lapsum; quin superbia & arrogantia coadiuvent in præcipitium: verum cum sine auxilijs divinis in cunctis tot hostibus resistere non valemus: auxilia Deus confert, & iuvat tolerantè tentationes, ut humiles; & abnuat temerarijs querentibus tentationes: equidem si occasiones inveniunt, Deus protegit ut misericors fragilem; & dum inveniuntur, plectit ut iustus temerarium & furentem. Innuat Vates Regius: Tribulationem & dolorem invenit. Nulla tentatio inferitur à cælo, quam non sequatur à tergo certaminis coronatio. Hinc Symmachus legit: Glorificavit Deus Abraham, ubi Vulgatus, Tentavit: igitur minime electis ministraret penam, nisi in honorem & gloriam. Iusti in tribulationibus inveniunt felicitatem: David invenit dolorem? Næ. Signat varietas tractuum, quantum discrimen tribulationum; igitur summa differentia inter homines inventos à tribulationibus, & tribulationes inventas arte ab hominibus: quippequàm cum veniunt, vel fragilitas imbecillis vincit; & dum quaruntur, virtus temeraria iacet. Ubi humiles sustententes carpunt in diadema lauream; inveniunt temerarij in dolore gravem ruinam. Dolorem inveniunt, qui qui incogitantè passuri prætermittunt præcipitium. Clamant vulnera perditionum in cautionem, nè in eundem audaces impingant lapidem, & sit lamentabilis stetit scena, quæ ostendi quibat strenuitate glo-

Deus fragiles protegit, temerarios punit.

Symmach. Gen. 22. 1.

Quando fragilitas vincit, & virtus iacet

Ovid.

gloriosa: equidem ut cælum penam temerarij conaminis aquet, In multos temeraria fulmina torquet. Haud adest auxilio, imò stat pugna ex adverso, ut argum conerit, armaque confringat, ac pugnet contra insensatum, qui non vult cognoscere in periculo periculum: penitetque facti ex corde, dum nil prodest penitere.

Plin.

8 Lucius Domitius partes Magni secutus, & à Casare Corfinij captus, ait Plinius lib. 7. cap. 53. Veneno potò propter tadum vite, postquam biberat, omni ope, ut viveret, annisus est. Vita tædium, facile profudit: sed penituit, quin esset respicientis locus, quippe iam non erat tempus, atque sine doctrina docuit lapsus: igitur sapuit post venenum epotum, quod oportebat cogitari ante venenum. Quid non mali malorum circumscriptio, si ladic deliberatio? Occasio lubrica est: in tractu caudà, qua mulcebat, pectora, mentemque pungit, sæpe adinstat regull,

Temerarius docet corde, quando nil prodest dolere.

Lucan.

Ante venena nocet. Filij hominum usquequò gravi corde? Non est laudanda volutus in ambiguitate certaminis, ubi desunt volenti pugnare, potius oppugnari, vires. Patet casibus, qui adortur insaukte maiora viribus. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem: dicit Assertor discipulis moestis. Vigilate, & ita tentationem excutite: equidem incongruum, dum hostis vigilat, quòd oppugnatus oppugnandus dormiat. Non ita demones in homines prævalerent, ni securè & oscitanter in muneribus dormirent. Vigilate & orate. Non sat in tentatione sic esse: dum urget vexatio tentationum, è cælo ab amicis implorandum auxilium; quippequàm egentibus propudiosum, quòd de cælo amici in auxilia veniant, & dignati neglectim inter pericula dormiant. Quid dormientes, si caduntur vigiles? Labor tentationis incipit, & somnus in vicera, seu aptius in mortem, serpit? Hostis habet muros. Non quiescant placide sensus. Ruet alto à culmine Troia, si vel minima ingeritur torporis instantia: quandoquidem hostes anima captam

Marc. 14. 38

Invadunt urbem, somno, vinoque sepultam.

Th. statione erandum, vigilandi, non dormitandum.

Virgil.

9 Post vigilia & orationis utile munus, nullus datur in tentationem introitus. Verum contemplerur emphasim: Ne intretis (asserit) in tentationem. Quid quòd intrent, si non cadant? Nequit esse ex hoste triumphus sine congressu: ex quo, etsi incidereint, non periculum, sed gaudium. Omne gaudium existimate (ait Iacobus.)

Iacob. 1. 2.

cum in tentationes varias incidereitis. Quomòdò igitur ex tentationibus vel incidendo signabitur exultatio; si Christus monet duntaxat ex introitu, de periculo cavendo? Apprimè in testimonijs. Pende: Cum incidereitis, & Ne intretis. Inciditur, cum occasio occurrit; intratur, quum occasio tentationis quaritur: & hinc indeclinabile surgit periculum, illinc verò delectabile gaudium; quippe ex occasione consultò meditata, lapsum sequitur ruina: verum protectione cæli, ubi occurrit occasio, occurritur occasioni. Gaudium, si in tentationes inciderint; periculum, si quæserint: discrimen ingressus & occurus ostendit exitus: quandoquidem cui tentatio immittitur, occurru glorificatur; & miserimè succumbit, qui vel molitur vel ambit, captans in aère vel in filo venenatus in necem, dum ille alius vincit leonem, & calcat aspidem. Alij fruuntur triumphus, ubi alij lapsus. Di. versi planè effectus ex inductione & molimine, in præmium humilis, & supplicium arrogantia temerarij, futili spe confidentia. Unde confertur fragilitas apparentis virtutis, muneraturque virtus imbellis fragilitatis; quoniam præcipitium temerario, ubi exultatio & protectio in tentationem inducitur.

10 Sciatur modò, quo intuitu præsignata à Servatore tentationis cautio. Orate, ne intretis in tentationem. Non ingrediamini, ne seducamini. Introitu contrituit voluntas, exitum sanè temeritas. Non tentabimini supra id quod potestis, ceterum ex ingressu valenti deficient vires: equidem quisquis non habens virtutem, ardet in offensionem virtutis temeritatem; succumbit statim ingrediens in tentationem. Ne intretis: præcepti utique occasio, & cum introitu voluntario exigua è cælo protectio: igitur ubi tantum fragilitatis auxilium, lapsus abscondit fecurus introitum. Ne intretis. Idem profum voluntarius ingressus, ac temeritatis casus. Ubi futilitatis audacia, adhareat fatalis ruina. Ne intretis: etenim inseparabile in introitu pedem movere, ac in præcipitium labi. Venaculé: Lo mismo es mover el pie, queres valar. Ne intretis, Dum furor in cursu est, cedendum sanè furori.

Difficiles aditus impetus omnis habet. Ne intretis: non distinguuntur impulsus & ruina, in huiusmodi fragilitatis audacis scena: quippequàm cadet in laqueum inextricabilem, quisquis voluntariè ingressus in tentationem, Ne intretis: igitur porcellis

Ubi tentationis dolor, gaudium & maror.

Unde fragilitas hominis in conspectu certaminis

Ovid.

Voluntarius in tentationem ingressus, semper lapsus

introire, sed non egredi: cadere & iacere, sed non surgere: impelli, sed minimè revocari. Abiit conatus, modici dum tangunt præcordia motus, ne post venenum epotum quæratur medicina, ac ex temporis theriacæ evanescat efficacia. Facile clementia divina furtig, qui casu corrui: verùm difficulter sollicitatur antidosum quærenti casum. Occurrentes tentationes satis profectò in vulnus fragilitatis (quin fragilis, temerarius, furens flagret tentationes) ut habeat, ne corruat, vel ut attritus surgat, qui pius ad erectionem manus extendat: siquidem nulli vel clementi lamentum, cui aridet ut placidum præcipitium, vel placet, dum est in tuto, naufragium.

11 Immissa discipulis valida tempestas, cum essent in mari, à Salvatore; ut cognoscerentur discipuli Christi. Flagellat Dominus crebris tempestatibus omnem filium, quem recipit; ut in æternum coronet. Proprio filio suo non pepercit: inventus est utriusque sine peccato, verum non sine flagello. Iusserat Magister illos ascendere naviculam, superventuram prævidens ipsis procellam: imò *Compulit*. Quasi violentia ex præcepto hic à Hieronymo notatur: quandoquidem ægrè fertur, quòd subditi laborent in remigando, & præfens præfens stet litore sine periculo. *Coegit discipulos ascendere*. In ascensu sanè proclivis homines: & discipuli clarent magistri cœlestis; igitur tunc eius profectò discipuli, habiles in orbis regimen, dum violentè & coacti ascendunt in dignitatem. *Coegit ascendere in navim*, prævidens & prævidentes tempestatem imminentem. Discipuli formidabant & malaciam maris, iam eruditi periculis: etenim tunc & in illo per noctem freto, iurè timebatur suffocatio; non in suffocationem spiritus à Domino imminitur tribulationes; sed ut in cœsum, ut navicula, erigatur fluctibus tempestatis. Homines modicæ fidei, & meticuloso corde titubant quolibet fluctu, maxime si se cogitant separatos à Deo: & in venturam graviter commovendam procellam, ascendere cogit discipulos in naviculam; quia quod illi cogitabant in naufragium, Deus construebat in ascensum. *Rede quasi invitit & retrahentes Apostoli à Domino recesserant, ne illo absente naufragia sustinerent*. Falluntur: in apparente absentia magis iuvantur: equidem tunc magis auxilio præfens, dum tempestate missi, mari commoto, cogitatur absens; quippe cum in naufragium urgerent fluctus, vel super aquas gradiens venit ad eos.

Nullus in hoc mundo sine flagello.

Matth. 14. 22.

Marc. 6. 45.

Dignus qui ad honorem occidant coacti.

Trahitur tribulationum, gradus in cœsum.

Hieronym.

Deus afflictis præsidet adæq.

Verf. 15.

Compulit ascendere in navim, ut secum in hostes aliquam haberent oppugnationem, intendens in tribulationis solatium & auxilium, dum præmittebat tempestatis motum: equidem nimia præcipitis severitas videretur, ubi tentationem spiritus usque suffocationem patiebatur; quod mitteret in validam superventuram procellam, quin haberent fluctuantes aliquam tabulam.

12 Propius Didascalæ accedamus. Dimissus in fretum etsi coactus sine auxilio lucis, concubio noctis, densis tenebris in navicula totus Apostolatus: verum navicula in medio maris iactabatur fluctibus. Laborabant, ut tentationem effugerent in remigando, sed à contrario premebantur vento; ut in illis studeret temerarij, non tentationes aggredi, sed effugere: equidem quale & unde effugium meditato volentibus, si coacti usque in vitæ discrimen quasfabantur tempestatibus? Lubricitatem periculi indicavit votum Petri. Ambulare cupit super aquas, à quibus & in quibus orta tempestas, nolens esse cum cæteris in navicula, quàm urgebatur procella. Vides, quomodo mentis amittatur consilium in tentatione: antequàm accederet in tutum, cepit mergi: ut sciret in pericula non rueret: igitur nil mirum, quòd qui in navì adiuvis à cæteris, impetè naufragabatur, super aquas stultè summergeretur. *Si tu es, iube me venire ad te super aquas* in effugium. Nota per indicem periculum moliminis tentationum: etenim si super fluctus ambulare indicatur impossibile; non contentemplari in meditatibus occasionibus tentationum insidias, erit profectò tentare ambulare super aquas.

13 Ulterius. Navicula datur in fractionem fluctuum, ut fluctus transeat, ne navigantibus noceant. Ideò compellit discipulos ascendere; ut salvarentur, mari æstuante & commotà tempestate: quippe si rigore fluctuum, afflictione tempestatum, aliquis proprijs viribus periculum effugere aggrediebatur; absdubiò tentans effugium, fluctibus suffocaretur. Tentatio à tempestate in navì toleranda patienter: qui non patitur, patietur & periculoso discrimine, quippe cadet in mare: naviculaque conceditur, ubi exorta tempestate totus Apostolatus tentatur; ut tentationem occurrentem sustineant, & ex tentatione in pericula non cadant. Petrus solus obruitur procella, sed quia solus descendens Petrus de navicula. Iustum sanè quòd pateret naufragio; qui erat in tuto, etiam mari

Iurè naves fragatur, quòd periculum adæq. oritur.

Verf. 28.

Si à Deo iustitiam, subfidit in illam simul.

Verf. 19.

mari commoto. Necessè erat, quod inflati fluctus in naviculam irruerent, & flagellarent: Christusque ascendere in eam discipulos compulit; ne descenderent, ac descensu perirent: equidem quia descendit Petrus, obrutus fluctibus; & qui descenderent non iussi, sed spontaneè in periculum, ut temerarij paterentur naufragium. Ratio suppetit. Qui in navì, quassabantur tribulatione tempestatis occurrentis. Si descenderent, quassissent. occasione tempestatis, in qua presentius periculum, ac inevitabile naufragium; etenim indeclinabile semper vitæ discrimen, quæranti ex industria tentationis occasio.

14 Penderis contextum. Salvatur à Christo Petrus naufragus, & illic ut uterque ascendit in naviculam, cessavit ventus. Ex vento tempestas orta, atque fota procella. Petrus effugeret tempestatem voluit, & in mare se proiecit. Non periclitaretur suffocari, si nolisset in tentationis suffocationem irruere: semper vitæ discrimen incumbenti in tentationem: & quousque in navim ascendant, fremunt venti, & fluctus gravant; quoniam nullo modo cessabit procellæ atque ventorum commotio, ni subtrahatur tentationis occasio. Adhuc in proposito aliud cogitandum. Petrus super aquas ad magistrum ire voluit, ac fiducialiter aquas calcavit. Periculum adhuc erat. Ideo dixit: *Iube me venire ad te*. Iussit, & iussus super aquas ambulavit. Si simul cum alijs in navì clamet ex tempestatis furore, quippini timet ambulare super mare? Aliud est, quàm Deus tentationem mitti, & aliud dum homo quærat: etenim si adorienti voluntariè periculum, obviat in procella occasione naufragium; quia à Deo iussus & coactus, vel in navì vacillans calcabit fluctus. Dialec. nostrà: *El que busca la ocasion saldrà, si es que sale mal: mas saldrà à bien, quando Dios le metiere en la ocasion*. Est cum ipso in tribulatione: eripiet eum & glorificabit eum: nihil mali ad illum appropinquabit, cum in alijs retributionem peccatorum viderit: igitur eodem consiliò iussus descendere in arenam, gloriosam parit victoriam; ubi alij, quæsità certaminis occasione, cadunt à latere mille.

Verf. 28.

15 Denique. Aquas Petrus calcavit, quas Christus in gressum solidat. Videns verò ventum validum, timuit & mergi cepit: tunc *Iesus extendens manum, apprehendit eum*. Quid quòd ventus validus, calcanti fluctus? Mirabilis Dominus in sanctis suis, quanvis mirabiles elationes ma-

Indeclinabile discrimen quæranti tentationis occasione.

Verf. 35.

Semper periculi instantia, ubi occasio non remota.

Verf. 28.

Verf. 37.

ris. Mirificavit Dominus singulari miraculo Petrum: quidum in periculum, quòd non videret, vel videt ventum validum? Quid ventus, si gradiebatur, ut actutum mergeretur? Discrimen elucet (dum tempestas symbolum tentationis) inter ductum & seductum. Cui occurrit tentatio, ducitur: seducitur, qui occurrerit tentationi. Hic videt ventum validum, nimirum futilem confidentiam, ab audacia fotam. Vernaculè, *Satisfaccion*. Ille ducitur vento, quem sentit, sed non videt; quoniam ubi in occurrente tempestate conformitas, ambulatur super aquas. Quare cum vento inconsideratio tentationis portendatur; Petrus quasi seductus vento valido summergitur: faceretque ex abrupto periculum, ni Deus extenderet manum. *Continuò* dicitur ab Evangelista; ut signetur lapsus pernicitatis, occasione meditata, qua ruit citò furiosus, dum alicui tentationi datur aditus: continuòque Christus manum Petro naufrago extendit; quippe, ni itatum, qui mergi cepit, periret. *Cum cepisset mergi*. Adhuc miraculosa salvatio, tempore primo. Quodnam, dic fodes, & quale miraculum, si videret iam summergum?

Nec enim tenebris Diana pudicum, Liberat Hippolytum. Ni Christus Petrum extendens manum apprehenderet, quò sanè rueret?

16 Hic Petri articulus cum alio conferendus. Hic dicitur, quòd descendens de navicula in mare, ut veniret ad Iesum, penè summerfus est. In eodem mari, ut quàm proximè veniret ad Iesum, qui erat in litore, *misit se in mare*. Aliter usvenit peccatoribus, quin audacia compeccatur tempestatibus: equidem denuò sese precipitant in pericula, quia semel in auxilium divina manus extensa. Petrus posteriore iactu, etsi missus in mare, non summergitur: in primo periclitatur. Unde discrimen? Ex occasione opportunitate, & aggredientis virtute. Mare tunc etiam in tenebris flagellabat procella: nunc vel in luce erat tranquillitas magna: hicque in aquis nando securè pervenit, ibique vel ambulando pervenire non valet; quia nullum periculum in aquis lubricæ tentationis, si ad tentationem propria suppetant vires, verum cum vires desint, & tumidi fluctus insent, sese committere mari, furor est arrogantia & imprudentia: quandoquidem necessaria Christi presentia & auxilium, nè sequatur intentionem miserabile naufragium. Si fugientes usquequaque labimur, volentes certamina à nobis ipsi ca-

Cadet, qui vult periculum, nisi Deus extendit manum.

Ibid.

Et citè.

Verf. 30.

Horat.

Verf. 29.

Ioan. 21. 7.

Homo quia semel à Deo detentus, non timet lapsus.

Occasione
duncta ruina
ni affuerit
divina gra-
tia.

demur. Consideranda occasio, ne sit offe-
nsio, atrens semitam in triumphum, & de-
sinens in scandalum. Si officitanter duci-
mur, studiose revocemur, ut ille alius apud
Virgilium 2. *Aeneid.* v. 377. qui dum
— *Sensit medios delapsus in hostes,*
*Obsupuit: retròque pedem cum voce re-
presit.*

*Improvvisum asperis veluti qui sentibus an-
guem*

Virgil.

*Presit humi nitens, trepidusque repente
refugit
Attollemem iras, & carula colla tumen-
tem.*

DIDASCALIA VI.

Turpis anima servitus, fucata
virtus.

Incipiat ergo iudicium à domo
Dei, ne fiat Religioni præiudicium,
& domus Dei spelunca latronum: cò detestanda ob ma-
ius gravius scelus; quò locus tutus & minimè su-
spiciosus. *Summum bonum est* (inquit Stoi-
cus de *Vita beat.* cap. 4.) *animus fortuita
despiciens, virtute letus.* Caterum sum-
mum malum in statu felicitatis, etiam non
potiunda appetere sub velamine virtutis:
Queramus ergo (præmittit cap. 2.) *quid
optime factum, non quid usitatissimum.*
*Quid nos in felicitatis aeterna possessione
constituat; non quid vulgo, veritatis pes-
simo interpreti, probatum sit.* Succinit alius
Ethnicus 1. *Fastor.* v. 365.

Quæ mundi,
aliena à Mo-
nachi profes-
sione.

Senec.

Ovid.

*Felices anima, quibus hæc cognoscere primis,
Inque domos superas scandere cura fuit.*
*Credibile est, illos pariter vitis que iocisque
Altius humanis exeruisse caput.*
Sic petitur caelum.

Ergo aliter descenditur in abyssum: igitur
fi virtus animam in aethera tollit, & vitium
ab æthere usque in servitutem premit; erit
anima servitus larvata virtus, modò sæcu-
li vitia fovæantur avidè intra Monachorum
pectora. *Non tentabis Dominum* (dicit
populo Moyses) *si quis tentasti in loco ten-
tationis.* Ut quid in crimen, vel pro cri-
mine indigitatur tentationis locus? Ut ex-
cusetur transgressorum excessus. Locus ten-
tationis (iuxta Gregor. Magn. Homil. 9.
in *Evangel.*) est miserissimus mundus: cor-
ripiturque simul vitæ seculari Monachus,
si vivat in claustrò, quasi viveret in sæ-
culo.

Deut. 6. 16.

Malum vi-
vere in cla-
ustro, quasi
in sæculo.

*Hæu, quàm pingui macer est mihi taurus
in arvo!*

Virgil.

Unde macies misera & tanta, si prata lata?
Dicit N. Sandiff. Patriarcha *Regul. Sanct.*
cap. 1. *Servantes sæculo fidem, mentiri Deo
per tonsuram noscuntur.* Non ita deplora-
biles, si noscerentur. Latent angues sub
herba, ut deaurantur speciositate faculi
vitia; & placent inspectoribus magis,
quippe deaurata. Fides data cælo, abre-
nunciato cum affectibus mundo: at cum
iuxta fidem datam non fit cordis operatio;
derelinquunt amplectentes religionem,
quia servant sæculo fidem.

S. Benedict.

2 Ex terra idololatrarum recedit Ia-
cob in patriam, ut in illa tutò cum uxori-
bus sequi posset religionem avitam, ac-
ceptoque oraculo de processu in Bethel
(ubi Dominus faverat mirà visione peregrinanti
Iacob) *Convocat à omni domo sua,
ait: Abijcite Deos alienos, qui in medio
vestri sunt, & mundamini.* Alij: *de corde
vestro.* Maluend. *Discedere facite.* Cuncta
consona, ut in domo Dei possit esse mundi-
tia. *Abijcite Deos alienos.* Deus alienus non
est; sed qui dicuntur Dij alienorum, qui
non Deus. Alieni respectu strictioris disci-
plinæ, atque vitæ institutionis, debent esse
nobis, vel ad conversationem secularis;
quorum cogitatio illecebrarum voluptas;
ac affectio in vanitates & insanias falsas.
Dij gentium dæmonia sunt imaginibus au-
reis: & tanquam alieni proponuntur no-
bis; ut à nobis sit subactum, quod ab in-
stituto alienum: equidem minimè nostrum,
quòd secularium vitia, cognita verè dæ-
monia, adorientur à nobis tanquam numi-
na. Vana relinquenda vanis; ut tadio va-
nitate fastiditi deiciant, quæ furenter ad-
orant. Damnabit mentem, æmulari furo-
rem; quippe dementiæ furor, & otiositatis
labor, non expellere à nobis, qui in sæcu-
laribus agnoscitur dolor. Labore, dolore,
& furore acquirunt, quæ in altari pectoris
idola erigunt, & animatas colunt, ut simul
cadant, ac cum simulachris pereant: unde
Deos alienos dicit, est secularis habeant;
quippe quæ mundanis propria, nobis de-
bent esse aliena.

Genef. 35. a
Maluend.

A Monachis
aliena sæculi
idola.

3 Accipit idola Iacob, sed cautè; ut
religiosus caveat à conversatione mundi:
equidem si lædit animum leve verbum, ne-
quaquam parcat idolum. Dederunt ergo
Iacobo petita, verùm ille *insodit ea.* Cur
non comminuit? Si comminaret, reli-
quias idolorum cultoribus demonstraret,
in quæ vehabantur pectora, quasi in cupi-
ta voluntatis numina: illaque ab oculis se-
gre-

Verf. 4.

Imò cogita-
tio.

Mundi cum-
sta à Mona-
cho sepe-
da.

Verf. 5.

Consuetudo
cum sæcula-
ribus totius
Monachismi
vultus.

Senec.

gregat pro serâ obiectione voluntatis;
quoniam si reliquia starent, starent etiam
reliquia cogitationis. *Insodit ea,* ut à lu-
minibus essent omninò remota: equidem
cordis idoli, quod aliquando placuit, ni
prosum sepe liatur, memoria nocet. *Fodit
ea.* Sepulchrum dicitur in sacris literis ter-
ra oblivionis: & fodit ea, ne excitaretur
abiectionum memoria: igitur iterùm in pec-
tora atque sensum retrahuntur, ni obli-
fcantur. Idola fodit sub tellure, ut corda
removeret à criminis occasione: etenim
nocerent oculis obvia, quæ nocent etiam
sepulta. *Fodit ea,* & integra profum, ne
oculis appareret quid inssepultum: ita ve-
rè mundi à Monachis sepe lienda simula-
chra, ut constet rectè ex professione con-
versatio religiosa. Omnia omninò sepe-
lienda: aliàs in habitu sancto servabit sæ-
culo fidem, qui simulachri sepulti servat
inssepultum fragmen. Hinc post exterminium
idolorum, aditus describitur in Sanctu-
arium. *Cumque profecti essent, terror
Dei invasit omnes per circuitum:* Optimus
sanè relationis traditus, ut momenta abiectionis
sæculi prædicat Monachus: quan-
doquidem datur in virtutem processus, &
cum terrore dæmonum; ubi ex mundo per
contemptum nil remanet inssepultum.

4 Uterius. *Fodit ea.* Idola à cultori-
bus sumpsi; sed sub terra fodit. O Mo-
nachi! In idolorum tactu procedite cautè,
Imò fugite. Conversatio mala est: sensum,
blandè seducitur cor. Quicquid mundi,
abijciendum, sepe liendum: non, quippe
alienum, tractandum: igitur secularium
noxia familiaritate, nobis inconsideratò
sumimus, quod abijcere iubemus. *Abijcite:*
dicitur. Maluend. *Discedere facite.* Labitur
status religiosus, ubi Monachus veneratur
fæculares, quasi Deos: siquidem minimè
nobis tradunt idola, si tradunt, ut fumen-
tes sepe liamus; sed ut seducti, & ambien-
tes, sicut illi, in exemplum adoremus. In-
fidiantur Monachis specie virtutis in mul-
cimen; & usu Monachi amittunt virtutem,
eius deaurantes speciem: quippe dum
specie tenus idola titulo sepulchri fumen-
tes invadunt; ex ipso tactu deteriores
fiunt: quod quidem à Deo derelicti non
cognoscunt; & in quo stultè fallere inten-
dunt, falluntur. Priusquam Divam The-
resiam audiamus, proferendus Seneca elegans
festive locus. *Istos* (ait Epist. 123.) *istos
tristes & superciliosos, aliena vitæ
censores, sua hostes, publicos pedagogos
(en Monachi insignis hypocrisis, larvæ
virtutis) assis nè feceris: nec dubitaveris*

*bonam vitam, quàm opinionem bonam mal-
le. Hæ voces non aliter fugienda sunt,
quàm ille, quas Ulysses nisi obligatus præ-
tervehi noluit. Idem possunt: abducunt à
patria (cælesti) à parentibus (Patriarchis)
ab amicis (Monachis) à virtutibus, & in
turpem vitam miserò turpius illidunt.*
Omnia sibi volunt, nec omittitur diligen-
tia, ut habeant omnia. Nil ab illis tangi
solicitant, ut soli cuncta liguriant. Nihil
sine illis licet, ut cuncta avidè stomachus
voret, quasi illi tantùm fruges consumere
nati, qui ante ingressum religionis nescie-
bant, an essent fruges: liberales, potius
prodigi sibi; alijs avari, quasi data buccel-
là, avelleretur à corpore anima; & habitus
profum trita & pefundata fama, modò
micet vita bona. Hi tristes, superciliosi,
vita censores alienæ, & publici pedagogi?
Proh fides! Iurè vitæ suæ, & professa di-
cuntur hostes: siquidem sæculi simulachra
vana mundanis projicere mandant, ut non
sepe liant, sed sibi in adorationem fumant.
Ubi conscientia: morsus? Profectò nullus.
*Quicquid putaverint, vel elegerint, hoc
dicant sanctum: & quod noluerint, putant
non licere.* Ita quo supra, SS. Benedictus.
Respicunt enim post tergum, declinant
motum, sed non lapsum. Dixit alibi lib.
1. *Astrom.* cap. 7. verf. 32. Manlius:
*His eadem est via, quæ mundo pariterque
rotantur*

Descriptio
Monachi by-
pocrita.

S. Benedict.

Manil.

Inclives, faciosque ortus occasibus æquant.
5 Dilecta Theresia Document. 3. ait.
à Deo se iussam dicere fratribus, in Reli-
gionis augmentum, *Modicè cum seculari-
bus commercium, sive colloquium: & hoc,
vel ita, in salutem animarum.* Si levis fa-
miliaritas aliquando vanitatum construit
illicem; nimia, quia nimia, erit in anima-
rum perditionem: igitur malcimine vo-
loptatis, sensum illecebris, insidiarum
lenocinio, malæ mentis gaudio, verbo
incurioso, allucinatu sensu, pabulo con-
suetudinis, animæ sanctæ trahuntur & in-
ferimè à trahendis: nunquam utique in-
firmo à valente communicatur salus, sapie-
que sano infirmi adhærescit morbus. Non
Giezi fedit altè virtus continud inspecta
Elisei, & accessit contagiosa lepra sæcula-
ris Naaman. Quid extra, si in nobis ipsi
offendimus intra claustra? Sese plorat
Bernardus, sed dissoluto risus. *Proh dolor!*
(ait de interiori domo, cap. 36. num. 71.)
Religio relinquitur, & silentium rumpitur:
*binc inde volant verba vana & inutilia,
forsitan & detractoria* (hic Monachi tri-
stes, alienæ vitæ censores, pedagogi pu-
blici,

Familiaria
tas cum sæ-
cularibus pe-
siciens mor-
bus.

Bernard.

blici, virtutis, & sui hostes, cum bona vita & opinione laeta. *Venio ad convivium, asideo ad mensam, apponitur panis albus & vinum bonum: confabulando sic, sepe consumitur dies integra.* In hac & alia praecepta allicit voluptatum occasio, & nimia cum mundanis consuetudo: equidem si in claustris cum innocentibus ab excessibus fragilitatis purgantur; cum perverfis in saeculo pervertuntur. Canit vel Plautus in *Cistellar.* Act. 4. scen. 2. vers. 18. *Nulla est, neque ego sum: perditam me perdidit.*

Plaut.

Etiā in anima bona, debet esse conversatio rara.

6. *Seculares cautè tractandi, & velut extrinsecè, aut obiter; quippe adversarii, qui videntur amici.* Etiam in bonum spiritale levissima congruit esse conversatio; nè noceat titulo pacis quæ serpsit consuetudo: quippequam etsi simulando dissimulent, ad interiora tacti venenum exspuent. Romæ Platanon (sic dictus locus seu lucus insignis platanis confitus) habebat feras marmoreas, artificio miro sculptas; cumque in os ursæ manum puer ludibundus misisset; ictus viperæ hiatu delatensent miser interijci. Accinit Marcial. lib. 3. Epigr. 19. *Vipera sed cæco scelerata latebat in ore, Virebatque animâ deteriore fera.*

Marcial.

Non sensit puer esse dolos, nisi dente recepto Dum perit: ô facinus! falsa quodâ ursæ fuit?

Quid immersio in negetia secularium?

Mundus adinstar Circes in bestias commutat homines, qui vitijis comparati iumentis, quia facti similes illis. Ferae sunt, imò belluæ & marmoreæ: accedit charitas, an possit, ex his lapidibus filios Abrahæ suscitare. Si exteriora tanguntur, ungues hebetes, & os sine diritate nativa videntur. Non ad interna transeundum; quippe Monachi dente recepto peribunt. Levis consuetudo placet & prodest: nimia uti mortifera lædit: equidem non tot morentur latente viperâ, ni manus mitterent in virulentâ secularium interiora. Proh dolor! in dolorem fovimus apidem, voluntarie — *Et fecimus aspida mercem.*

Lucan.

Videbatur ursâ, verum erat ursâ falsa: ex vera dolor non dirior: alliciunt, lactant, mulcent incautos huiusmodi bestia sine specie doloris; quippe vivunt animâ deteriore seculares. Videbimus infra vipersas, videamus bestias, an ex his aliqua possit decerpî voluptas.

7. *Quid igitur seculares agent in Monasterio, vel Monachi in secularium domo? In Universitatibus, in Regijs potest esse rationalis excusatio: dicunt, vel do-*

cent. Optima & amulanda familiaris consuetudo: verum quorsum in deserto? De quo sermocinandum? Ex quo textetur colloquium? Pudet: aliquando tabesco, videns illos telluris inutile pondus, privilegio bipedes, sine specimine etiam rationalitatis. Si sermo de re ludicra vel seria, nec hincunt: lingua latina ignari, quippe à literis ignoti, ad humaniores rudes, ad sublimiores inhabiles: ad Philosophiam stupidi, ad Historiam bardi, ad Cosmographiam, vel Geographiam trunci, ad Astronomiam & Astrologiam stolidi, moribus ac conversatione barbari, verbis morosi, gestu abderitici, urbanitate vacui, excordes, vecordes, focordes, hebetes, insensati, vel rudimentorum fidei Christianæ imperiti, in cunctis mente capti, vel sine mente. Prætermitto colloquia feminarum, ut castitatis ludibrium, ac religionis despectum. De quo igitur, die fodes, colloquium? An fabæ crescant, vel cicera gliscant? Dicunt mira de lente. Sed quid inde? Sic confabulando futilia effluentibus utrisque, ac nugaciter inania, consumitur dies integra. Uterque extra propria loca est. *Quid tu hic, aut quasi quis hic?* An proijcere idola interditi mundanus? Afiumer profectò Monachus: vel si tradere ille, quippe diligit, non vulgè sic furabitur astutè idola Laban. Quidnam ergo conferunt vel meditantur versantes atque conversantes hic? Dicit Scriban in *Medic. Religios.* lib. 3. cap. 12. Mortificationis est fuga, iudicij sui tenax in cunctis sequela: primarum ubique partium postulatio, ingens mentis inquietudo, vocationis tepor, clausuræ dolor, disciplinæ fallidum, cogitationis embolium, in statum indignatio, legum transgressio, constituti iuris nausea, rumpentibus viscera; si quid sentiant cupiditati detractum, si quid prolubio inconcessum, si frustrata vota, nec expleta in omnibus desideria. *Hinc (ait) gratiam venantur exteriorum, amicos sibi parantes in extremam hanc fortunam: & nihil deus sanctum, aut sacrum est, quod non faciles libentesque prodant: nihilque adeò reconditum, etiam cum alterius, ac non raro cum Superioris dedecore coniunctum, quod non ultrò profundant, & denuncient illis, qui nihil arcanum norunt, nisi quod ignorant; quibusque adeò etiam ignorata pro certis vulgantur.* Non sic impij, non sic Fallimini. Vana ad mundum hoccine naufragio Monachi cogitatio; quippequam nullum auxilium in mundo.

8. *Navigant qui in navi sunt mundi:*

Amicitia facta & ex facti, sicut cimine mentis.

Isai. 22. 16.

Unde in Monachi huiusmodi nocua propensio?

Sciban.

vapulant fluctibus, levi statu in mari magno concitatis tempestatibus. Non tuti, qui in saculi navi vocatur in tutum animam, etiam urgente procellâ, & avocatur à periculis mundi, dum illi dicitur, estò super aquas, *Veni*: sic Petrus adiuvit se, ut veniret ad Iesum. *Descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam.* Obiter nota, *Descendens*: quippe minimè in Religione quisquis ad Iesum properat, ni descendat. Non solum humilitatis considerandus respectus, sed ingressus in Religionis intuitus: igitur semper suspiciosi, qui ingrediuntur ut stant; & descendunt, ut ascendat: non capiet utique totius Religionis ambitus, quem capiebat cum socijs brevis phaselus. Vernaculè: *No cabe en la Religion toda, à quien le venia una barca miu ancha.* Descendens igitur Petrus, & calcans fluctus; *videns ventum validum timuit: & cum cepisset mergi, clamavit dicens: Domine, salvum me fac.* Si Petrus etsi flagellatos, socios securioris conspicit, ac de proximo videt; cur non cogitat procella tantâ in naviculam reverti, & petit auxilium, in quem per aquam cogitabat ire? Ut sciant qui à Domino vocati, & per procellas in Monasterium, unde sperandum auxilium: equidem summè alienum à perfectione, ac instituto regularis disciplinæ, dum Monachus patitur aliquando naufragium, recurrere ad navim, & non recurrere ad Christum. Navis mundus est: Monachus corruptus fallitur sic: igitur in recursum, totius conatus ambitio privatur voto; dum salvari nequeunt, qui in navi, sine miraculo. Clamavit Petrus in potentem extendere manum, & effugere periculum. Satis enim alijs sollicitudo, an se possent salvare, vel remigando. Si navis est mundus, & à Iesu ex mundo vocatus atque revocatus Monachus; dum procellis tristitia cogitatio relaxationis flagellat, minimè ad mundum & sæculares recurat. O Monachi insensati, ventres pigri, mala bestia! Quis vos fascinoavit? Redite ad cor pravificatos & pravificatores.

Matth. 14.

Cur non recitui in Religionem introitu?

Verf. 30.

Vanum non recurrere ad Christum, sed in mundum.

Isai. 5. 20.

Nec vos dilecti fratres contemnite, siquid Nostra pium, siquid nostra salubre monet.

Sapius, ingentes lux pellit parva tenebras: Rivulus & dulces sepe ministrat aquas. An tibi Religionis videntur amara, & dulci sapore saculi: *Va, qui dicitis malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Plaga tua intanabilis in mortem? Moyses dedit medica-

Sanctel.

men. Ut tolleretur populi à Deo vocati fatuitas, lignum misit in aquas. Hoc unicum remedium: ut aqua dulcorentur, lignum & lignum. *Hispan. An speras in baculo arundineo? Firmior est saculo: equidem, ut par est, dicitur tibi in mortis & in mortem naufragio: Hi sunt Dij tui, in quibus habebas fiduciam, de quorum victimis comedebas adipem, & bibebas vinum libaminum? Surgant, & opulentur tibi: surgant, & te in necessitate protegant.* Hæcne idola, dæmonia, non numina. Idem mihi, sæcularem cum Monacho fabulantem, ac videre dæmonem. Quid in deserto secularis furor? Etsi accedat mulcens, semper accedit ut dæmonium & tentator.

Exod. 15. 25.

Deuter. 32. 37.

Si huiusmodi fatuitas, comescatur perioris asperitas.

Ovid.

Scriban.

Minores Monachi videntur dum magis à secularibus extolluntur.

1. Cor. 6. 6.

Deut. 17. 16

Egy.

9. *Erit audacia progrediendi ultra? Est: dicam ex profano Vate 1. de Remed. 109.*

Maius opus superest: sed non quia serior agro Advocor, ille mihi desituendus erit.

Ergo quale opus? Sine opera, sed cum ruina. *Specie plerumque gratiam secularium ambitus* (subdit Scriban quo dudum cap. 18.) *animas lucrandi, & Religioni conciliandi* (sæpe per sæculares mores, ritus, iocos, ut ait cap. 24. *maximè viros magnos: reverè*) *Heu! Quid quod mundum universum luereris, si anime tuæ detrimentum patiaris? plurimum ad ea, amore proprio impellente, trahimur; magna ferè multorum offensio, emulatione, odio, emulamento propè nullo, errorum & lapsuum periculo magno; ut tam carè familiaritas hæc parari non debeat: Religionis non raro dæmmo ingenti, nominisque illius sædâ devestitione.* Sed hoc unde? Ex nimia familiaritate, usu, atque necessitudine: igitur qui plusquam homines videbantur secularibus à longè, causâ Religionis & virtutis; propius ex communicatione facili, minus habentur quam homines. Animarum intuitus optimus: verum non communis usus. Laudabilis charitas: cæterum detestanda cogitata ab amore proprio utilitas. Perfecta sanè opera in charitate non fiènt: equidem sæpe amor proprius vadit in viam perditionis, pretextu zeli, & titulo charitatis.

10. *Præscribitur Regi Israël alere equitatum, ut effugiat periculum speciosum. Non reducet populum in Agyptum, equitatus numero sublecat: præsertim cum Dominus præceperit vobis, ut nequaquam amplius per eandem viam revertamini.* Quid quod Princeps alit equos, ut in

Ægyptum revertatur populus? In Ægypto fuit servitus misera, dira, ferrea: quomodo quo magis aueruet libertatem, priscam conciliabit servitutem? *Sublevatus* *Superbiens audebit invadere Ægyptum:* exponit Alapide. Sit. Sed unde maior gloria tam Principis virtuti, quam verè amplectendæ Religioni? Gloria Principis, ut habeat fervos, quos maiores suo malo experti sunt dominos: gloria Religions, quoniam ex idololatriæ tenebris in lucem revocandi veritatis. Nullo modo: iniudiæ & dolus huiusmodi sultra ratiocinatio. Mulcimine inescabuntur, & non capient, sed capientur.

Alapid.

Sæpe titulo specioso capiuntur a saculo.

Ovid.

Ut qua piscis edax avido malè devorat ore,

Abdere supremis ara recurva cibis.
Voti omnino imprudentis erit fraudatio, & specie pulchrâ circumscriptio, & circumventio: equidem remanebunt, idololatriæ servi, spe solummodo cogitata victoriz, Ægyptij fœntina designantur vitorum, multiplicatione fictorum numinum. Utile lumen in Deitatis veræ cognitionem; sed non utile, ubi denunciatoribus impendit grave discrimen. Impij vias Domini docebuntur; sed illi non convertentur: lexque prudentissimè vetat, ne Rex Ægyptum suis equitibus invadat; ut discant cavere à periculis, quæ dæmone fruunt velamine charitatis: etenim relabentur bellantes in idolorum cultum, spe larvatâ conversionis Ægyptiorum. Cùm Deus Israelitas extraxit inde, consuluit omnimodæ libertati, quam proculdubio amitterent, si viam Ægypti iterarent: Deusque arceat ab Ægypto audaciam Regis, etiam titulo de bellationis; quippe fas non erat fideles reducere in sacrilegæ adorationis discrimen, ubi Deus à propenditibus removerat occasionem. Discant Monachi, ne pratextu charitatis adorent idola sæculi.

Prætextu charitatis adorantur idola.

Obi supro.

Notet mundus, velle vitæ visus.

11 Redeamus ergo in Genesis testimonium, quod reliquimus suspensum. *Abijcite Deos alienos*, ne videat oculus, & concitetur animus: igitur commovent amantiss præcordia, etiam idola abijcta, si fuerint visa. *Abijcite*, sed de medio vestri. Medium hominis cor est: ac in domo sancta idola abijcitur cor; ne sic anima servitus, fucata virtus: quandoquidem nil prodest exterius è manu abijcere, si idola manent in corde. Ex amore Religions cognoscitur odium sæculi falsitatis: & de corde abijcienda simulachra vana mundi; quippe inutilis odij extrinseci expressio, si adhæret cordi ex

affectione cupido. Discedere facite lethælia pignora sæculi.

Damnusufus homines compescite curas:

Et toto corde compescite, icto am ore in signum odij: quippequàm magis cura nocet, & pondus opprimit; ubi oblatculla, quæ removeret prudentissimè ab oculis, in throno federit impudenter voluntatis. Ni cum idolis evanescat voluntas, regnat intrinsecus pravitas: patetque fatuitas, quod non potest retinere licite, retineri in corde velle. Hinc vigil de ovibus traditis addit Iacobus: *Mundamini*. Corda petit, ubi familiæ consulit puritati; igitur quandiâ corda coinquinata, non purificat spectabilis munditia: frustra ad oculum proteritur peccatoris simulachrum, si in peccatore affecto cor paratur in hospitium. Studete in animarum munditiam, sepultis vestris pravis nunibus subitus terram. Non alibi, quia & sepulta excitantur amore: nec enim erit optata & optabilis in animabus munditia; quoniam non munda cum corruptione cordis, quæ sepulchra dealbata. Vita Monachi militia est, & reformata, ubi non solum certamen in vitia hostes, sed in proprias voluntates. *Ad te ergo* inquit Beati. Benedicte, quo supr. in *Prolog.* iteratque cap. 2. *nunc meus sermo dirigitur, quisquis abrenunciatis propriis voluntatibus, Domino Christo, vero regi militaturus, obedientia fortissima atque præclara arma assumis.* Sumere aliena sæculi idola, non est duci obedire, sed legem prævaricare; ac conciliari inimicis, quos militans debet debellare ut hostes: alias perfidus perspicue constat, qui inimicus hdm servat. Cùm milites Romani ab hostibus Panopæis arripuissent Oraculum, dixit Sylla, ut in eius *Vit.* Plutarchus refert: *Non istud profectò pugnare volentium, sed laborare nolentium prælium est.* Monachi si idola & secularium oracula querunt, & inventa arripiunt; nec pugnare, neque laborare volunt. Deus in suam militiam admisit, ex inferno peccati, condonato crimine, in Religionem rediit: vix iteratur lapsus, quippe difficilis exitus.

Ovid.

Etiâ si ex corde emai- no non ple- sus.

S. Benedicte.

Virulenta sit dei sæculi in corde Monachi.

Plutarchi.

Psalm. 9. 13.

Enallage.

12 *Convertantur peccatores in infernum: omnes gentes que obliviscuntur Deum:* inquit David. Nullo est modo optativa exclamatio, sed prædictio, per Enallagen sumpto præsentis pro futuro: *Convertantur* pro *convertentur*. Sit: ac argumentum grave. Si in infernum reversi, nè aliquando lucrunt ibi? Sanè, ostendit fabula Orphei, desumptâ à Præfice ex historia Lot. Mortua est Eurydice eius coniux venerato apudis dentes; ac

in infernum descendit anima, pro qua mortuus; sed canens descendit ad tartara horrida; ut secum adduceret, & in lucem, quæ iam extincta, rediret. Singularis, etiam facta, claret amentia. Quis, ni amentis, pro uxore descenderet in infernum? Quam multi (varij sunt genij in ludicram cupiditatem) in inferna descendunt propter uxorem! Hispanicè festivum & falsè æquivo-cum: *Al inferno unos van por su muger, y otros se van por su muger al inferno.* Concessit Proserpina gratiam reducendi à tenebris mortuum Eurydicen, sed sanxit pro voti adeptione legem; ne prius retrò respiceret, quam ad superos remearet. Ita pactum, sed evanuit cum gratia concessa votum: igitur cùm legem fregisset, relapsa Eurydice denud in infernum descendit. Floridè modulatur Ovidius lib. 10. *Metam.* lib. 1.

Fabula Orphei.

Ovid.

Ne stæbat retrò sua lumina, donec Avernas Exierit vallis, aut irrita dona futura.
Hic ne desiceret metuens, avidusque videndi,
Flexit amans oculos, & protinus illa relapsa est.

Vide Natal. Comit. 7. *Mythol.* cap. 14. & in loc. præf. *Metamorph.* invenies historiam mirabilem, & adhuc tot testibus auctoritatis incredibilem.

13 Ergo in textum, ac propositum dubium: siquidem Antiquitas, ut accinit Martial. 9. *Epigram.* 36.

Martial.

Ita Monachi non in mundo, sed in inferno.
Iob 17. 13.

Plurima dum fingit, sed quasi vera refert,
*Qui in infernum revertantur? Monachi qui querunt sæculum: equidem idem, mundum despectum querere, ac in infernum relabi. Mundus confusione, peccatis, ac tenebris infernus fit: unde illud Iob: *Infernus domus mea est.* Dei fuit summa miseratio, quod ad se traheret, & non relinqueret animam in inferno; sed legem sanxit, ne retrò in damnum respiceret; etenim vanâ curiositate preparantur insidiæ, quibus irrita vota, & etiam concessa munera: hæc munera mundi sunt, cæli scilicet donis dignatos furtim privare: & ita stultescunt ad felicitatem Monachi; ut nolint abduci è tenebris intelligere, denuò respicere mundum, esse relabi in infernum. Per Eurydicen signatur anima, quæ ex mundi tenebris mirabiliter eruasit, sed fractâ in libertatem lege, relapsa in infima tartari. Locus fractæ legis est ignis qui uret æternus avidos curiositatis; quin cognoscant periculum, dum ambiunt anxie quem fugere lapsum: equidem amore, qui proprijsimè odium in seipso, relabatur anima*

in confusum chaos, ubi iam libera evolabat ad superos. Quia mundus infernus, stultiosè reliquunt; & modo in infernum convertuntur; quippequàm vita prava & dolores inferni, si idola despecti sæculi caute servantur in corde. Monachi convertuntur in barathrum, sicut *gentes que obliviscuntur Deum:* igitur minime se dederent inferni flammis, ni omnino obliviscerentur vocationis. Convertuntur affectu, & aliquando factu, quoniam punctum aspide peccus tendit in opus. Huiusmodi protigine, animâ deteriorè vivunt feræ; quibus magis quam pro feritate, apta cæca pro vecordia. Displicentia status vellicat, cor aliquâ vel levi acerbitate vacillat: quarit futile ex mundo solamen, & querendo frangit legem, paulatim in ina vel impetè descendendo, quo constat mentis emotæ insatiatio: igitur ubi tempestare, vel constitutine ius erat converti ad Christum, mundo fatuè consulto, convertuntur in infernum. *Experientia tot iam ætatibus docemur* (sabit Scriban cap. 18.) *perraros omnino, eâ aut virtutis opinione, aut integritatis famâ, aut pietatis sensu, à Magnatum familiaritate ad Religionem redisse, quo egressi fuerant.* Videant quorum interest: mihi videtur Monachus extra claustrum, vagus bamballo iam conversus in infernum.

Obliviscuntur vocationis.

Scrib.

14 *Hora est iam de somno surgere* (inquit quo supr. N. Patriarcha) *propter emendationem malorum huius dies vite ad inducias relaxantur.* Grati simus, ubi clementiæ Dei abundantiam videmus: equidem si magna illo abducente animas à barathro mundi, magnificentior prorsum postquam relapsæ. *De abyssis terra iterum reduxisti me* (plorans exclamat David)

S. Benedicte.

Psalm. 70. 20. 21.

multiplicasti magnificentiam tuam, & conversus consolatus es me. Consolatio sanè magna, quod ita Dei abundet misericordia: etenim non tantùm eminet, dum è mundo abduxit, sed dum reduxit, quippe si abducere magnum, maius reducere iterum. Ad se ex inferno sæculi, ac abyssis barathri allicit homines divina misericordia; quod quidem insignis magnificentia, quippe ibi relinquere quibat, sicut alios, quos non vocat. Hinc vel incaute, vel maligne retrò stæctur aspectus, & sic in mundum si ve in abyssos relapsus, ubi nos iacere quibat permittere, castigata malitia; sed renuit innata misericordia: atque dicitur multiplicare magnificentiam, dum iterum ab inferno revocat animam; quippe amoris vehementissimi, atque charitatis honor

Magna Dei in peccatoribus clementia.

& manus, demum reducere voluntarie re-
lapsos. Relaxantur in penitentiam dies,
ne Monachorum relaxentur mores; sed ut
grati respondeant magnificentiæ, & mag-
nificentiæ multiplicationi: quandoquid-
dem pietatem multiplicat, quia non solum
nos vocat, sed etiam revocat. In vitijs tri-
stes facemus: & simulac furgimus, multi-
plicat magnificentiam; quia non solum
ignoscit remittendo culpam, sed nos so-
latur per collatam gratiam. Ergo fugia-
mus quod nocet, & amori vero displicet.
Quorsum consuetudo secularium? Amor?
Falleris. Summum, & nativum odium.
Non nos, sed nostra querunt. Sine aliqua
utilitate, renuunt Monasteria ingredi, imò
nec necere. Nullatenus visitant, ut exem-

pla virtutum & sequentes honorent: sed an
aliquid virtutibus detrahendum curiosè vi-
derint. Sciunt sanè Israëlita secularis, ubi
in Iordane steterunt Sacerdotum pedes. At
hoc aliàs. Ne demus nostra, quoniam sua-
viter inferent sua numina, nonnunquam no-
bis aliena: igitur perperam iudicium fiet
mundi despecti, regnabitque vanitas, ni à
corde princeps eiciatur foras: de quo ali-
quando nobis crit sermo. Crudelis dilecto-
ribus mundi amor est, ac tyrannus, ut in
Monachis hæreat fucata virtus, nec nanci-
scantur exercitijs facultatem, ut pervenire
valeant in beatitudinem. Dicit vel Ethni-
cus, 1. de Remed. vers. 149.

*Eripiunt omnes animo sine vulnere vires: Ovid.
Affuit incautus insidiosus amor.*



TAU-

TAUTOLOGIA SEXTA.

CONSTITUET TE DOMINUS IN CAPUT,

*& non in caudam: & eris semper supra,
& non subter.*

Deuteronom. 28. vers. 13:

EXPOSITIO LITERÆ



INTER benedictiones servatoribus legis stipu-
latas & felicitates in monte Garizim; atque ma-
ledictiones & molestias in monte fulminatas He-
bal; occurrunt binæ, præsentis Pleonasmii argu-
mentum: quibus profecto affines aliæ sententiæ,
discreta solummodo materia varietate. Unde si-
cut per observantiam præceptorum promittitur
populo: *Constituet te in caput, & non in cau-
dam*; propter transgressionem e contra dicitur
vers. 42. *Advena, qui tecum versatur in terra,
ascendet super te: eritque sublimior: tu autem*

descendes, & eris inferior. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Hæ sententiæ per
Epizeuxim vim epitasis habent quâ certitudine eventus, quâ animi immutabilitate; ut
altius sederent in animo audientium (transgressorum & observantium) mandata credi-
ta. Quare sensus verborum est: erit omnimodò beatus custoditâ lege, quippe remove-
bitur undique ingruens calamitas; sicut proterità lege miser, quoniam fugiet felicitas.
Utrumque describitur ibidem fusc.

2 Pro Tautologia materia notandum *caput & caudam* coniunctivè, in sacris li-
teris signare universitatem, seu omnium collectionem, ut cum dicitur: *Filij & filia,*
Deuter. 32. 19. *Cantores & cantatrices,* Ezech. 2. 8. *Sponsus & sponsa,* Jerem. 25. 10-
33. 11. *Baalim & Astaroth,* 1. Reg. 7. 3. id est, universa idola Deorum & Dearum.
Sicut univerforum collectio per utrumque præsignatur sexumita per utrumque anima-
lis extremum universi demonstrantur. *Disperdet Dominus ad Israël caput & caudam*
(Isai. 9. 14.) *die unâ.* Nimirum, cunctos: principes & plebcios. Ideo additur: *Incur-
vantem & refrenantem*; sumptâ metaphora à plantis. Quod iteratur cap. 19. 15. ubi:
Non erit in Agypto opus, quod faciat caput & caudam, incurvantem & refrenantem.
Q. d. *Ramus & iuncus*, quod Hebrai proferunt forma adagijs pro nobili, & ignobili,
equite & pedite; sicut pro summo & imo, forti & imbecilli, excelso & infimo. Non aliud
arbitror per caput, quàm per incurvantem; nec caudam, præter refrenantem: hoc est,
heram, qui equitando pondere equum curvat; & servum, qui ad ministerium frenat
(& si variè fatiscant in explanatione Expositores) totumque signasse cunctos homines
cuiusvis conditionis & ordinis. Nostrates: *A roso, y belloso. Sin reparo: de cabo à rabo.*
Ingeniosè & opportunè Septuaginta ad textum prætar. legunt, pro *Incurvantem & re-* Septuag.
frenantem; principium & finem. Et Hieronymus: *Nullum habebit Agyptus, opus sive*
consilium, quod aut caput habeat, aut finem: aut sensibus conveniat, aut pueris. Id est, Hieron.
omnium & omne consilium in opus ita à prudentia devium, ut nunquam obvium. Hispani-
cè: *Sin camino: ni lleva pies, ni cabeza: sin atar, ni desatar.*

3 Et si arideat cogitatio; commodior est, ac literæ affiniór, caput & caudam,
principium & finem, incurvantem & refrenantem, ramum & iuncum signare colle-
ctio-

Rr2

ctio.

*Epizeuxis
in S. Scripte.*

Exposit. 22

*Univertitas
per utrum-
que sexum
signata.*

*Etiam per
extrema in
quavis cla-
sse.*